

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruitus i
cum fonte primo

Sic cum inferiore uiuas quemadmodum
superiorem tecum uiuere uelis. Quociens
in mentem uenerit quantum tibi in
seruum liceat, ueniat in mentem
tantundem in te domino tuo licere. At
ego, inquis, nullum habeo dominum.
Bona etas est; forsitan habebis. Nescis
qua etate Hecuba seruire ceperit,
qua Cressus, qua Darii mater,
qua Plato, qua Dyogenes?

Seneca ibidem (XLVII. epistola).

Haec tamen praecepti mei summa est:
sic cum inferiore uivas quemadmodum
tecum superiorem uelis vivere. Quociens
in mentem uenerit quantum tibi in
seruum <tuum> liceat, ueniat in mentem
tantundem in te domino tuo licere. ‘At
ego’ inquis ‘nullum habeo dominum.’
Bona aetas est; forsitan habebis. Nescis
qua aetate Hecuba seruire coeperit,
qua Croesus, qua Darei mater,
qua Platon, qua Diogenes?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 47, 11-12 (L.
Reynolds ed., vol.1, p.122, ll.8-15).